Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Prisciani institutio de arte grammatica, libri I-XVI - Cod. Aug. perg. 132

Priscianus

[S.l.], [1. Hälfte des 9. Jh.]

Incipit institutio de arte grammatica

urn:nbn:de:bsz:31-7326

Visual Library

Lib augie maioris

Incipit institutio prisciani viri disertissimi cesariensis iuli-
ano consuli ac patricio de arte gramatica

Cum omnis eloquentie doctrinam et omne stu-
diorum genus sapientie luce praefulgens a grecorum fontibus
dirivatum latinos proprio sermone invenio celebrasse et in om-
nibus illorum vestigia liberalibus consecutos artibus video. nec solum in his
que emendate ab illis sunt prolata sed etiam quosdam errores eorum
amore graecorum doctorum imitari. in quibus maxime graeca vetustissima
grammatica ars arguitur peccasse. cuius auctores quanto sunt iuniores
tanto perspicaciores et ingeniis floruisse et diligentia valuisse omnium
iudicio confirmantur eruditissimorum. quid enim herodiani artibus certius. quid appol-
lonii scrupulosis difficilibusque quaestionibus enucleatius possit inveniri. Cum igitur e-
os omnia fere vitia quaecumque antiquorum graecorum commentariis sunt relicta artis
grammaticae expurgasse comperio certisque rationis legibus emendasse. nostrorum
autem neminem post illos imitatorem eorum extitisse. quippe in neglegentiam caden-
tibus studiis literarum propter inopiam scriptorum. quamvis audacter sed non impudenter ut puto
conatus sum pro viribus rem arduam quidem sed officio professionis non indebitam. supra
nominatorum praecepta virorum quae congrua sunt visa in latinum transferre sermonem.
collectis etiam omnibus fere quaecumque necessaria nostrorum quoque inveniuntur artium
commentariis grammaticorum. quod gratum fore credidi tuae humanitati. si et utriusque
linguae moderatoribus elegantiorum munus collatum consortis meis laboribus faciam. ut
nec minus inveniendum est eidem. si eos vestri principatus scriptoribus graiorum artis
grammaticae possidet. cum et in his rationibus ut dictum est graecorum sequentes maxi-
me tuam laudem sunt secuti. exemplum etiam proponere placuit. ut pigeat alios etiam
artis ignorandae fonte praemissa breviore dicta. nam et graecorum pariter perfecti
in humanis inventionibus etiam posse eorum sua quidem doctrina ad communem literarum
professionis utilitatem congrua nationis propositione vel addere vel mutare certum
est. Nam quae refringuntur quolibet hos edidit inter libros compulerunt. aliis
laboribus insidiantes sunt temperamenta et quam plethorica scripta alii sumpsis-
sent. nos vero nostris aditum praestitimus in ea nam motatione totius operis et glo-
riam tuam sunt conantur. Sed quoniam in tanta operis materia impossibile est aliquid
perfectum bene fieri ex omni parte quae vera perito. quis ad herodiani scripta
sua perlata et adversus patris apollonii spatiosa volumina meorum compendiosa
sit existimanda scripta librorum. Hos igitur operis ortatore scriptos in
dicendi iuliane consul ac patricie cuius summus dignitatis gradus summum ad
quos sunt in omni studio ingenii claritudo. non tamen accipitur ab excelsis gradibus
honorum sed in quantum illis decoris addideris tantum. Cernitis tamen humanitatem eorum quippe
quibus animi constant. quorum utique possidens musicas. tecum et utriusque con-
positum esse eo confirmans. quippe nimirum graecorum quoque latinorum in omni doctrinae
genere praefulgente. Tibi ergo quod ad perfectionem omnis eloquentiae pervenit ut quantu-
cumque in eo annuente sursum prosit laboris gloria tecum comite quasi sole candor elu-
cidius eniteat. Titulos etiam universi operis singulorum supposui librorum quatenus
quod quaeris diversitatis possit locis invenire. I. Primus liber continet de
voce et eius speciebus. de litera quid sit litera. de syllabis et speciebus. De sin-
gularum potestate quae singulas terminant declinationes et compositiones partium

orationis. II. Secundus de syllaba, quid sit syllaba et quot litterae possunt poni et quomodo
et quo ordine, de accidentibus syllabae singulis. De dictione, quid sit dictio, quomodo differen-
tia a syllaba. De oratione, quid sit oratio, quot sint partes eius et de earum proprietate
et de ordinatione. De nomine, quid sit nomen, de accidentibus eius, quot sint species propriorum no-
minum, quot appellativorum, quot adiectivorum, quot diminutivorum. De patronomicis, quot
sint formae, quomodo diminuantur et a quibus primitivis. De omnibus possessivorum terminatio-
nibus et formis singulis. III. Tertius de comparativis et superlativis et formis omnium secundum
qualitates et a quibus positivis et qua ratione formantur. De diminutivis, quot sint species et
a quibus declinationibus nominum quomodo formantur. IIII. Quartus de denominativis et
verbalibus et participialibus et adverbialibus, quot sint species et a quibus primitivis quomodo nas-
cuntur. V. Quintus de generibus, de numeris per singulas terminationes, de numeris,
de figuris et earum compositione, de casibus. VI. Sextus de nominativo casu per singulas
terminationes omnium nominum tam in vocalibus quam in consonantibus desinentium
pro ordine declinationum tam ultimarum quam paenultimarum syllabarum. VII. Septimus de
ceteris obliquis casibus tam in singularibus quam in pluralibus. VIII. Octavus de verbo et eius
accidentibus. VIIII. Nonus de generalibus regulis omnium coniugationum. X. Decimus de
praeterito perfecto. XI. Undecimus de participio. XII. Duodecimus et XIII de pronomine.
XIIII. Quartus decimus de praepositione. XV. Quintus decimus de adverbio et interiectione.
XVI. Sextus decimus de coniunctione. XVII. Septimus decimus et XVIII de con-
structione sive ordinatione omnium partium orationis inter se.

Incipit ars Prisciani grammatici Caesariensis liber primus de voce

PHILOSOPHI DIFFINIUNT UOCEM ESSE AERem TENUISSIMUM
ictum vel suum sensibile aurium, id est quod proprie auribus accidit. Et
est prior diffinitio a substantia sumpta, altera vero a notione, quam Graeci
ἔννοιαν dicunt, hoc est ab accidentibus. Accidit enim voci auditus, quantum in ip-
sa est. Vocis autem differentiae sunt quattuor: articulata, inarticulata,
litterata, illitterata. Articulata est, quae coartata, hoc est copulata cum aliquo sensu
mentis eius qui loquitur profertur. Inarticulata est contraria, quae a nullo af-
fectu proficiscitur mentis. Litterata est quae scribi potest, illitterata quae scribi non potest.
Inveniuntur igitur quaedam voces articulatae, quae possunt scribi et intellegi, ut ar-
ma virumque cano, quaedam quae non possunt scribi, intelleguntur tamen, ut sibili hominum et ge-
mitus. Hae enim voces, quamvis sensum aliquem significent proferentis, scribi tamen non
possunt. Aliae autem sunt, quae quamvis scribantur, tamen inarticulatae dicuntur, cum nihil
significent, ut coax, crax. Aliae vero sunt inarticulatae et illitteratae, quae nec
scribi possunt nec intellegi, ut crepitus, mugitus et similia. Sciendum autem quod has
quattuor species vocum perficiunt quattuor superiores differentiae generales
vocis accidentes binae per singulas invicem coniunctae. Vox autem dicta est vel a vo-
cando, ut dux a ducendo, vel apo tou boō, ut quibusdam placet. De littera.

Littera est pars minima vocis compositae, hoc est quae constat compositione litterarum,
minima vero quantum ad totam comprehensionem vocis litteratae. Et ideo hanc etiam
vocant vocalis brevissimam partem orationis, vel compositae vocis brevissimam,
sive quae dividi non possit, id est quae dividi non potest. Possumus et sic diffinire: littera est
vox quae scribi potest individua. Dicitur autem littera vel quasi legitera, quod legendi iter prae-
beat, vel a lituris, ut quibusdam placet, quod plerique in ceratis tabulis antiqui